

**Georū distracti**, vix inter se viri facti consentiunt. Sed omnia u-  
nitati in Republ. servire debent.

**3. Occonomici**: qvia clancularia institutio ex solā  
idiosyncrasia, existens justo mollior, tota è Parentis placito, ma-  
tris arbitrio. Licentia autem omnes sumus deteriores.

7. A multis ipsarum  
Scholarum Clan-  
culariarum vitis  
& difficultatibus.

Tom. 4. lat. Jen.  
fol. 9. 6.

In Instit. Orat.  
L. L. C. 2.

**Qvia** multiplicia sunt scholarum Clanculariarum vitia E  
qribus nonnulla, multa, ut festinantibus accidit, sciens maximè  
prætervectus, referam, respiciuntq; vel ipsos Praeceptores.  
**Qvia** legitimā destituuntur vocatione. Vocatio DEI & Magistra-  
tus est. Unde igitur Discendentium salus? Non fortunat Deus, in-  
quit magnus ille Lutherus, labores eorum, qui non legitime  
vocati, & quamvis salutaria adferant, tamen non edificant.

**Qvia** ut plurimum non satis erudit: ( de doctis, qui publi-  
ca habent eruditionis testimonia, non loqvor, qui non tantum fo-  
vendi, sed & promovendi: nemo ergo in me nimis sit ingeniosus &  
& plus dixisse me suspicetur, quam dixerim.) Qvodq; parum no-  
vit nemo docere potest. Si uspiam locum habet illud, non di-  
scere, sed didicisse, sane hic locum habet. Hinc Qvin-  
tilianus: de Pædagogio hoc amplius, ut aut sint eruditii plane,  
aut se non esse eruditos sciant. Nihil enim pejus est iis, qui pau-  
lum aliquid ultra primas literas progressi, falsam sibi scientiae per-  
suasionem induerunt. Nam & cedere præcipiendi peritus indi-  
gnantur, & veluti jure quodam potestatis, quo ferè hoc homi-  
num genus intumescit, imperiosi, atq; interim saevientes stultitiam  
suam perdocent.

**Qvia** multi vanâ persuasione elati, tempus vocationis expe-  
ctare non possunt; quemadmodum Baucrantus ille Infundi-  
balificator, qui se obtrudere, turbas dare, quietos inquietare,  
religioni sibi minimè dicit.

**Qvia** multi segnitiem sectantur, sua studia tractant &c.  
**Qvod** in Scholâ publicâ ob quotidianam inspectionem & singulis  
horis reddendam rationem publici Praeceptores prohibentur.

**Vel** Parentes. **Qvia** propter officia & occupationes,  
quamvis vel maximè velint, operas ipsas, ( qvod quidem Plu-  
tar-